

nedum per testes deponentes, se vidisse in eam causam fuisse expensam, verum etiam per conjecturas fit, ut inquit Mascard. *conc.* 582. n. 5. 6. Quae autem illae sint, videas apud Menoch. *dist. cas.* 432. a. nu. 34. & d. *prae.* 55. n. 5. cum seqq. In quo plurimum Judicis Arbitrio deferendum asserunt, ultra Menoch. *d. cas.* 432. n. 17. Mantio. *sup. lib.* 8. tit. 15. n. 15. Mascard. *conc.* 1165. n. 35. & *conc.* 1166. n. 8. Hermosill. n. 26. Praesumptiones, quarum meminit Menoch. sunt, si Ecclesia esset cum mutuum fuit acceptum, in necessitate constituta, probitas & prudentia Praelati, si summa mutuata fuerit exigua, si causa propter quam mutuum datum est, paulo post receptionem subventum apparuerit, si liberationum administrationis sit apud eum, adversus quem versio in utilitatem probanda est, nec velit illum edere, ut Praelatus, vel aconomus.

## Ad Num. 4.

50 Antequam ad praesentis conclusionis, ac sequentium enucleationem accedamus operae pretium erit praebare quid de jure circa emphyteusim rerum Ecclesiae sit constitutum? Et in primis sciendum est, vetitum esse, ne talis contractus fiat, nisi juris solemnitates interveniant, quae in alienatione bonorum Ecclesiasticorum desiderantur, ut plane probatur ex d. *extravagant. Ambitiose*, & advertunt Tusch. *conc.* 158. n. 1. lit. E. Pat. Molin. *disput.* 466. n. 2. Caldas de *renovat. emphyteut. quest.* 16. numero 5. Delbene *dist. cap.* 17. *dubit.* 15. numero 3. 4. Aug. Barbof. de *potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 95. numero tertio, Pellizzar. in *manuali Regular. tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 8. numero 18. Gregor. Lop. in *l.* 3. *glos.* 4. *titul.* 26. *part.* 4. ubi textus, Bonacin. *dist. tractat. de alienat. bonor. Ecclesiasticor. quest.* unice. *punct.* 2. numero 20.

51 A qua prohibitionem excipiuntur in d. *extravag. res solita* in emphyteusim concedi; quae si ad Ecclesiam revertantur, poterunt absque solemnitatibus similiter alienari, quibusdam accedentibus conditionibus, quarum meminimus, *sup. nu.* 1. quod praeter ibi laudatos adnotarunt Tusch. *lit. A.* *conc.* 273. nu. 81. Bonacin. *ubi proxime*, Menoch. *conf.* 90. nu. 20. Gregor. Lop. *d. glos.* 4. Hermosill. in *l.* 15. *glos.* 1. nu. 92. *tit.* 5. *part.* 5. Lessi. de *just. lib.* 1. c. 24. *dub.* 1. nu. 59. Jul. Clar. *receptar. sentent. lib.* 4. §. *Emphyteusis*, q. 6. n. 1. Quarant. *sup. n.* 39. cum seqq. Quae etiam in feudo procedunt, de quo, & emphyteusi, DD. promiscue loqui solent; nam de uno ad alteram, & e contra, valet argumentum, ni aliud expressim cautum reperiatur, ut observat Cancr. *variar. part.* 1. *cap.* 11. nu. 2. Clar. §. *Feudum*, q. 3. *vers.* *Dicit etiam*. De quo vide Valasc. de *jure emphyteut. lib.* 1. q. 39. n. 19. ubi differentias inter feudum & emphyteusim fuse refert.

52 Circa intellectum praefatae constitutionis quaeritur quando res dicatur solita infeudari, ut alienari eodem modo omittis solemnitatibus, possit? de quo Jul. Clar. *sup. §. Feudum*, *quest.* 13. nu. 4. Pellizzar. nu. 19. *vers.* *Respondeo requiri*, Greg. Lop. *ubi proxime*, Redoan. de *reb. Eccles.* *quest.* 62. nu. 4. Et receptum est, unicam concessionem, juris solemnitatibus servatis, sufficere, ut res ad Ecclesiam reddens, iterum non solemniter infeudetur ut docet Pat. Molin. *disp.* 468. n. 19. *vers.* *Duo in lucem*, Barbof. *sup. nu.* 9. 32. Pellizzar. nu. 18. Hermosill. n. 91. cum seqq. Delbene *dubit.* 1. n. 36. & *dub.* 15. n. 14. Gonçal. ad *regul.* 8. *Cancel. glos.* 6. n. 124. Francisc. Leo in *Theaur. for. Ecclesiast.* c. 15. n. 3. Jul. Clar. *ubi proxime*, communem dicit, sed quod requiratur duae saltem infeudationes cum lapsu qua-

draginta annorum, ut tutius approbat.

Sed si de solemnitate concessionem non appareat, ex lapsu quadraginta annorum praesumitur solemnitas, etiam si una sola intercesserit infeudatio, nisi contrarium probetur, Molin. *ibidem*, Barbof. cum aliis, nu. 36. Greg. Lop. *dist. glos.* 4. *post modicum*, qui tamen plures concessionem requirit. Ratio utriusque assertionis est, quia Praelatus novam alienationem non videtur facere, sed praecedentem protegere; quae si legitima sit; aut praesumatur, solemnitates juris iterum adhibere non est necesse. Quod est intelligendum priusquam res, quae revertitur, bonis Ecclesiae incorporaretur, prout jam explanabitur; quoniam postquam res feudalia caeteris bonis mensae commixta est, eadem infeudatio, sive emphyteusis nulla ratione dici poterit; quamquam contra supra tradita senserit minus recta Caldas Perier. de *renovat. emphyteus. quest.* 14. *per tot.*

Supra tradita vero procedunt duntaxat; cum res ad Ecclesiam reversa, nondum est mensae incorporata, alioqui Praelatus nequibit ipsam absque juris solemnitatibus tradere in emphyteusim, quia non censetur continuatio primae alienationis, sed nova; Abbas in *cap. ut super*, n. 11. de *reb. Eccles.* Molin. nu. 18. Jul. Clar. *d. quest.* 13. nu. 3. Bonacin. *sup. vers.* *Tertia est*, Menoch. *conf.* 79. nu. 10. Delbene *dubit.* 15. a. nu. 11. Pellizzar. nu. 29. Imò bona sint jurisdictionalia, nullomodo licebit Praelatis Regularium ea iterum in feudum, vel emphyteusim concedere, quia prohibetur illis per Bullam Urban. VIII. editam Kal. nov. ann. 1625. quam refert Pellizzar. n. 20. & notat Peirin. *sup. n.* 5.

Quando res dicitur mensae incorporata, inquirendum est? in quo aliqui casus sunt proponendi, ut ita facilius percipiatur. Primus sit, ubi expressim Praelatus voluntatem non concedendi amplius rem reversam in emphyteusim manifestat: & proculdubio sic efficitur de mensa; ne absque solemnitatibus possit emphyteuticari, nec licebit deinceps poenitere per revocationem voluntatis, Molin. n. 20. *vers.* *Tunc verb.* Abbas, *sup. n.* 10. *vers.* *Et dicendum est*, Claud. de *Seyfello in specul. feudar. tit. qui feud. dare possunt*, pag. 251. Menoch. cum aliis *ubi proxime*.

Secundus est, cum Praelatus solum facit describi rem, quae vocavit inter caetera Ecclesiae bona; & ex hoc oritur praesumptio incorporationis, ut alienationi absque solemnitate locari non sit Bart. in *l. vacantia*, n. 8. C. de *bon. vacantib. lib.* 10. Pellizzar. *ubi proxime*. *vers.* *R. respondeo requiri*. Abbas in *d. c. ut super*, Redoan. *ubi sup.* Zali. in *epitom. feudor. part.* 5. n. 50. Seyfellius *sup. vers.* *tamen concludendo*, Menoch. apud quem & alii. n. 4.

Tertius est, si Praelatus rem reversam per tempus aliquid retinuerit, cum de ejus voluntate non constet, tunc quaeritur quanti temporis lapsus sufficiat, ut incorporata praesumatur; circa quod variae reperiuntur sententiae. Alii unitum annum, alii decem, alii triginta praeterita opus esse opinantur, ut videtur licet apud Redoan. *ubi proxime*, & Menoch. n. 17. Ex quibus prima, scilicet unius anni lapsus incorporationem praesumi, vera ac communis est, quam tenent Archidiacon. in *c.* 1. 35. *quest.* 8. Molin. *sup. n.* 20. Abb. in *d. cap. ut super*, nu. 10. Delbene *sup. n.* 11. 12. Deci. in *authent. qui rem*, n. 21. C. de *Sacrofanct. Eccles.* Vivian. *ubi proxime*, Guid. Pap. *quest.* 154. Jul. Clar. *d. quest.* 13. nu. 3. Card. de *renovat. emphyteut. quest.* 4. nu. 23. & alii apud Menoch. nu. 2. qui n. 17. contra sententias laudat. Sed hoc limitari debet, quando Praelatus habuit justum impedimentum, vel causam differendi ultra annum infeudationem: veluti si idoneum

idoneum vassallum, vel emphyteutam non inveniat, Redoan. Pellizzar. *ubi proxime* Menoch. ex aliis numero 17. *vers.* *Quinimo Archidiaconi*, quod loci recte inquit, ab hac conjectura a lapsu anni posse Judicem ex aliis praesumptionibus recedere.

58 Quibus praefatis, quid sibi velit D. Covar. oportet inquirere, dum asserit; emphyteusi dari solitam, si ad Ecclesiam revertatur, posse denuo in emphyteusim concedi ea solemnitate, qua consuevit dari, cui subscripsit Pat. Vazq. in *opuscul. tract. de redditibus*, *cap.* 2. §. 2. *dub.* 16. in *princip.* Nam aut loquatur de re emphyteutica jam incorporata bonis Ecclesiae, & dubium non est, quin sint adhibendae juris solemnitates, juxta d. *extrav. Ambitiose*, si iterum concedatur; ex proxime dictis; aut de re adhuc non incorporata, & est adversus mentem, & commune Interpretum placitum, qui sentiunt, in hoc casu non esse opus solemnitates, si eum illis primò fuit res legitime concessa, sive solemnitates juris sint, sive ea quas introduxit consuetudo, ut notavit Molin. *sup. n.* 18. qui subdit: *Nec forte aliud voluit. Covar. de hoc loco ageat.* Dicendum ergo est, D. Covar. in praesenti nihil contra praefatam, communem sententiam asseruisse, qui solum docet, quod quando solemniter est tradenda res in emphyteusim, quae solita est concedi, sufficit si adhibeantur illae solemnitates, quas circa eandem induxit consuetudo, nec quae jure praescriptae sunt, desiderantur: quod ita verum est, ut ea dicendis mox apparebit. Quando autem solemniter talis res concedi debeat; ipse non aperit, sed declarandum est juxta distinctionem supra positam inter incorporata, & non incorporata. Unde recte Molin. *sup.* dixit, D. Covar. adversus communem.

Ibi: *Et licet solemnitas à Canonibus requisita.*

59 Solemnitates jure Canonico statutas ad bonorum Ecclesiae alienationem tolli consuetudine non posse, cum D. Covar. sentiunt Mascard. *variar. lib.* 1. *cap.* 93. nu. 25. Benintend. *decis.* 13. n. 7. Clar. *d. §. Emphyteusis*, *quest.* 28. nu. 7. *vers.* *Esi decas*, in *fine*, Rebuff. in *d. compend. de alienat. res. Eccles.* a. nu. 20. Quarant. *sup. num.* 30. Gamma Lusitan. *decis.* 33. n. 1. & alii, quos refert, & sequitur Aug. Barb. in *coll. Et. ad cap. cum causa*, n. 7. de *sentent. & de re judicat.* & num. 10. hanc distinctionem D. Covar. inter alienationem perpetuam, & emphyteusim, probat.

59 Sed contrarium sustinent Ballamer. in *d. cap. cum causa*, nu. 3. Pet. Gregor. *synagmat. jur. lib.* 25. c. 8. num. 19. Mascard. de *probat. conc.* 75. nu. 24. Chaffan. in *consuetudinib. Borgand. rubric.* 9. §. 9. n. 32. Fortun. de *ultim. fin. illat.* 14. Cald. *sup. quest.* 15. nu. 1. P. Molin. *disput.* 469. n. 9. & dixi *sup.* nu. 15. 19. nec dissentire videtur D. Covar. *sup. cap. proximi*, nu. 6. *vers.* *Quinto*, sunt qui. Ratio est, quia cum solemnitates sint de jure positivo humano, tolli consuetudine possunt, quae vim obtinet, leges, etiam Canonicas, abrogandi, *cap. fin. de consuetudin.* Thom. Delbene de *immunit. Ecclesiast.* tom. 1. c. 5. *dubit.* 24. *sect.* 2. n. 1. cum seqq. Aug. Barbof. in *collektan. ad d. cap. fin.* nu. 10. ubi alios refert, Lotter. de *re beneficiar. lib.* 3. *quest.* 4. n. 48. Curtier. *Canoniar. lib.* 1. c. 4. n. 14. 15. Ad haec, praedictae solemnitates lege contraria abolerentur, ut compertum est, ergo idem consuetudine fieri poterit, quibus eadem virtus est; l. de quibus 32. ff. de *legib.* Delbene *cap.* 8. *dub.* 29. *sect.* 2. nu. 4. Menoch. *conf.* 34. numero 8. Argel. de *acquirend.*

Varia addit. ad Covar. Tom 1.

*posses. quest.* 3. art. 1. nu. 7. Imò fortius operatur consuetudo, quam lex: Mascard. *sup. lib.* 2. *cap.* 90. nu. 10. Bart. in *l. viros*, C. de *divers. offic. lib.* 12. atque ita scripsit ex pluribus Pacian de *probat. lib.* 2. c. 36. n. 95. nullum esse jus mere positivum, quod consuetudine abrogari non possit. Quibus accedit, quod tradit post alios Menoch. *conf.* 1169. nu. 11. 12. scilicet posse consuetudine introduci, ne solemnitates juris adhibeantur in alienatione rerum Civitatis: & Ecclesia & Civitas quoad prohibitionem alienationis, pari passu regulariter ambulant, Gratian. *discept. rat. cap.* 196. nu. 14.

Cui sententiae non refragatur textus in *cap. 1. de 60 consuetud.* qui licet communiter ab Interpretibus allegetur ad probandum consuetudines Ecclesiae onerosas non videre, id ex illo deduci, si bene intelligatur, minimè potest; sed ad summam duntaxat probat expedire, vel decere, ut tollantur, atque ita eas validas supponit. Verum si ad locum originale unde textus ille desumptus est, recurremus, qui est D. Gregor. *lib.* 2. *epist.* 64. apparebit, ibi tractari de remissione consuetudinum, quae in favorem Sedis Apostolicae erant introductae, per quas Ecclesiae gravabantur; quae Pontifici venia quaedam sive muna mittere solebant, ut observat Aug. Barb. in *collektan. ad d. c. 1. n.* 4. ubi nonnulla adducit exempla, ut ostendat, consuetudine adversus Ecclesiae utilitatem jure subsistere, veluti circa Decimas, quae consuetudine minui, & tolli possunt, ut cum D. Covar. diximus, *sup. lib.* 1. c. 17. nu. 97. cum seqq. Sic in *cap. velatum* 12. §. *Licet*, de *testament.* consuetudo probatur disponendi de rebus Ecclesiae intuitu quaesitis, ut ultima voluntate, ad certos usus; quod quidem Ecclesiae damnosum est. Jam in Hispania invaluit consuetudo, ut Clerici in his bonis successores tam ex testamento, quam ab intestato haberent, ut ex aliis probavimus *sup. lib.* 1. c. 15. n. 52. & pro libito saltem valide de illis testantur.

Nec magis urget, quod consuetudo tollens solemnitates juris in alienatione rerum Ecclesiae esset irrationabilis, quare sustineri non debet. *d. cap. fin. de consuetud.* Nam responderetur, quod licet consuetudo inducat id, quod expedire non videatur, non ideo irrationabilis est iudicanda, ut in exemplis proxime allatis videre licet: illa enim solum ut rationi contraria subsistere nequit, quae juri Divino naturali adversatur; Delbene *d. dubit.* 29. *sect.* 2. n. 2. 3. Navar. *lib.* 3. *conf.* 3. de *consuetud. n.* 3. *edit.* 2. quibus consentit Menoch. de *arbitrar. lib.* 2. *cas.* 82. nu. 7. ubi ex Butrio, docet, de jure Canonico illam tantum consuetudinem irrationabilem censeri quae fini aeterno opponitur, & est peccati nutritiva; consuetudo autem distrahendi bona Ecclesiae justis de causis absque solemnitatibus juris, talis non est, ut tanquam irrationabilis viribus carere censetur.

Ibi: *Sicut veri in datione rerum Ecclesiae.*

Haec differentia inter emphyteusim, vel feudum, & alienationes perpetuas ex dictis videtur sublata, quam tamen probat August. Barbof. ut dixi *sup. n.* 58. & Clar. *d. quest.* 28. n. 7. *vers.* *Esi dicat*, ad *fin.* eamque Praxis approbat; nam multis in locis solemnitates non exacte servantur, aut penitus amittuntur in concessionem feudi, vel emphyteusim Ecclesiasticae, ut testatur Clar. *ubi proxime*, Specular. de *locat.* §. *Nunc aliqua vers.* Sexto, *quaeritur*. Delbene *d. c.* 17. *dubit.* 1. nu. 38. Azo in *summ. C. de Sacrosanct. Eccles.* in *fine*, quamvis in perpetuis, alienationibus tale raro consuetudo introduxerit, nam saltem solemnitates *cap. sine exceptione*, 21. 12. q. 2. in viridi sunt observantia.

Gg 2

Ad



Ad Num. 5.

63 Emphyteusis Ecclesiastica concessa simpliciter, vel pro heredibus, tertiam generationem accipientis non excedit, nec heredibus extraneis competit, nisi adhibita sint juris solemnitates, quamvis secundum consuetudinem valide, ac licite concedatur, Clar. ubi proxime, num. 6. in fine, Pet. Vazq. sup. Afflic. decis. 101. Greg. Lop. A in l. 69. glos. 1. tit. 18. part. 3. Tusch. lit. E. conc. 156. n. 1. Trentacinq. cum aliis variar. lib. 3. tit. de jur. emphyteus. resolut. 3. n. 10. Molin. disput. 469. n. 9. ubi limitat, nisi consuetudine etiam receptum sit, ut emphyteusis Ecclesiastica pro heredibus concessa, extraneos quoque complectatur: & generaliter docet, id esse servandum omnino, quod moribus circa hoc fuerit approbatum.

Ibi: Nec obsat textus.

64 Harum decisionem contrarietas Interpretes cogit, ut in varias sententias abeant. Alii sentiunt, §. Emphyteusim, omnino esse abrogatum per §. Licentiam, ita licere Ecclesie res in emphyteusim perpetuam, etiam pro heredibus extraneis dare Molin. n. 2. Gregor. Lop. in l. 28. glos. 5. vol. 3. tit. 8. part. 5. Alii correctionem admittunt, sed duntaxat quoad descendentes, quibus in infinitum emphyteusis concedi potest, non quoad extraneos, quos Ecclesiastica emphyteusis iudicant jure Authenticorum incapaces, & hæc est æque recepta sententia; Trentacinq. n. 5. Alexand. in l. etiam, ff. solut. matrim. Caldas aliquos referens probabiliorem dicit, quest. 23. n. 45. licet non sequatur. Aliis placet, Imperatorem in §. Emphyteusim; loqui de Ecclesia Constantinopolitana; in §. Licentiam, de aliis generaliter, Imola in l. quod dicitur, la 2. col. 10. vers. hoc verum, ff. de verb. obligat. Menoch. conf. 1066. n. 9. vers. Respondetur secundo; Cald. nu. 46. Alii tenent, d. §. Emphyteusim, procedere ubi solemnitates non interveniunt; est alter textus, si illæ adhibeantur, Bart. in l. etiam, ff. solut. matrim. Dec. in cap. in presentia, nu. 48. de probat. Parlador. differerent. 71. §. 1. n. 4.

65 Alii tandem, & verius, cum D. Cov. docent, penitus correctionem excludentes, d. §. Licentiam, intelligendum fore juxta §. Emphyteusim, i. aut intento jure illo non possit res Ecclesie ultra tertiam generationem concedi, aut pro heredibus extraneis, Bald. conf. 370. vers. 4. volum. 4. Aug. Barb. in tract. de dictionib. dict. 254. n. 11. Tusch. lit. D. conc. 326. n. 7. Cened. post. lib. practicar. & Canonic. quest. sing. 78. Calderin. conf. ut. de verbor. signific. Nam verbum perpetuum, non semper temporis infinitatem denotat, sed pro materia subiecta variè accipitur, Glos. verb. vivunt, in l. 1. ff. pro socio, Menoch. post alios conf. 451. n. 25. Seraphin. de priv. juram. priv. 58. n. 14. Tusch. d. conc. 326. per tot. late Aug. Bar. ubi proxime, sic in d. §. Licentiam, adverbium; perpetuo, accipiendum est pro tempore usque ad etiam generationem; nam hoc materia, de qua agitur, postulat.

66 Cui resolutioni non obsunt, quæ Alex. Trentac. ubi proxime in contrarium considerat; tum quod in d. §. Licentiam, necessariò temporis infinitas significatur, quoniam dicitur, non solum ad tempus, sed & perpetuo; nam eodem modo ponitur per consultum in l. 1. ff. pro socio, & tamen ibi solum vitæ contrahentis tempus comprehenditur: Tum quod verba, Licentiam damus, jus novum inducunt, atque ita ea dispositio nequit ad jus antiquum om-

nino referri. Hæc sanè lævissimum est fundamentum, ut intuenti manifestè constabit, si quidem quod alias constitutum est, si alicubi jubeatur, aut permittatur, per hæc, vel similia verba exprimi solet, nec ex tam levi conjectura juris correctio admittenda est, quæ quantum possibile sit, vitari debet, cap. cum expediar. 29. de election. in 6. ubi Barbof. in collectan. plures refert. l. 1. C. de inoffic. doib. Cevall. commun. tom. 2. quest. 82. n. 148. Cyriac. tom. 1. controversiar. 63. n. 33. Delbene de immunit. Ecclesiast. tom. 1. c. 2. dub. 4. sect. 3. n. 31.

Cæterum præfata imperiali constitutione nihil impediens, bona, Ecclesiastica in emphyteusim, nedum pro omnibus accipientis descendentes, sed etiam per heredibus extraneis, modo juris Canonici serventur solemnitates in rerum Ecclesie alienatione requisitæ dari possunt, ut cum D. Covar. statim dicendum est; quoniam leges Principum secularium circa bona Ecclesie specialiter disponentes, etiam in Ecclesie favorem non obligant; cap. Ecclesie 10. de constitut. c. bene quidem, 69. distim. Cald. de nominat. emphyteut. quest. 7. n. 5. Delbene sup. tom. 2. c. 9. dubit. 1. n. 14. Clar. d. §. Emphyteusis; quest. 28. n. 7. in fine. Nec d. §. Emphyteusim, approbatus est jure Pontificio, ut late probat Clar. vers. Etsi dicatur. Servabitur tamen, si alicubi usi exceptus fuerit, in vim legis, sed consuetudinis, cui quoad hoc standum est; Clar. n. 10. in fine, Molin. nu. 3. in fin. Laici tamen ad eas leges observandas tenentur, Clar. q. 48. ubi alii.

Vers. Tertia, conclusio.

Juris Canonici solemnitatibus adhibitis, quæ in bonorum Ecclesie alienatione desiderantur, licet emphyteusim Ecclesiasticam in perpetuum concedere, ut ad descendentes omnes, & hæredes extraneo possit pervenire; Trentacinq. n. 4. vers. Prima est. Cald. sup. q. 23. n. 45. Pat. Vazq. ubi proxime Afflic. d. decis. 100. Parlador. d. §. 1. n. 4. Molin. n. 2. Clar. sup. quest. 6. n. 4. & d. q. 28. n. 5. Delbene d. c. 17. dub. 15. n. 5. Valasc. de jur. emphyteut. lib. 1. q. 49. n. 5. Marefc. variar. lib. 2. c. 76. n. 37. Cyriac. sup. tom. 1. controv. 146. n. 6. cum seqq. Menesc. in l. cum virum, ad fin. C. de fideicommiss. Greg. Lop. in l. 69. glos. 1. tit. 18. p. 3. Tusch. lit. E. conc. 156. n. 2. Quicquid sentiant aliqui apud Caldas sup. n. 44. quorum sententiam in puncto juris veriolem fatetur.

Ibi: Nam se eo casu.

Hanc eandem rationem reddunt Molin. Trentacinq. Vazq. Cald. Delbene, & alii proxime laudati: nec curandum est de prohibitione d. §. Emphyteusim; etsi correctus non sit; quia non tenet, ut nuper dicebamus.

Vers. Quarta conclusio.

Concessio emphyteusis Ecclesiastica in perpetuum pro heredibus, extraneos quoque successores comprehendit, si juris solemnitates in ea intervernerint, Molin. n. 3. Cyriac. ubi proxime. Vazq. sup. n. 58. Marefc. sup. Corne. conc. 31. lit. Q. & conf. 173. lit. L. vol. 2. Afflic. decis. 380. n. 7. qui testatur, sic fuisse in Senatu Neapolitano judicatum, Clar. veriolem de jure dicit, d. nu. 7. vers. Et si dicatur, quamvis non sequatur, Greg. Lop. in l. 28. glos. 5. col. 1. tit. 8. p. 5. Delbene ubi proxime, dubit. 16. n. 1. 2.

Quod proculdubio procedere ait Clar. n. 8. ex Grego. to conf. 55. nu. 29. l. 1. sic cum non constaret, bona emphyteutica ad Ecclesiam spectare, mediante concessione

cessione pro accipiente, & heredibus ejus, pro domina recognoscatur, quia extranei non essent excludendi; cum satis sit, quod Ecclesia commodum recognitionis sentiat, ne ab heredibus recognoscens etiam extraneis emphyteusim auferat. Quod ex æquitate potest sustineri, licet opposita sententia adversus præmissam teneatur.

72 Sed principalem conclusionem limitat Molin. sup. si consuetudine sit introductum, quod appellatione heredum in concessione emphyteusis Ecclesiastica, extranei non veniunt.

Ibi: Et licet glossa, Bartolus, &amp; alii.

73 Hanc opinionem, quod emphyteusis recipienti, & heredibus, de rebus Ecclesie concessa, ad extraneos non transeat, tenent magis communiter DD. Ripa in l. ex facto, §. fin. n. 15. ff. ad Trebe. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 22. tit. 19. n. 20. Tusch. lit. E. conc. 159. n. 9. Cald. d. q. 23. n. 26. & 27. Valasc. q. 44. n. 11. Roland. conf. 96. n. 5. lib. 1. Seguta in l. coheredi, §. Cum filia nu. 160. ff. de vulgar. Trentacinq. n. 9. Clar. n. 6. Menoch. conf. 989. n. 41. & alii plurimi apud Trentacinq. & Clar. qui absolute loquuntur, nec distinguunt an adjiciatur verbum in perpetuum, nec ne; sed Greg. Lop. ubi proxime, & Delbene n. 1. 2. 3. differentiam constituunt, inter concessionem simpliciter factam pro heredibus, & eam, quæ sit inserta prædicta particula: existimantes hoc casu, extraneos, admittendos, illo non utique: quibus accedit Cald. n. 53. ubi tenet, etsi dubius, quod si detur emphyteusis pro heredibus, & successoribus in perpetuum, erit ad extraneos transitoria, non obstantè quod in contrarium sit opinio communis; quamvis ipse docuerit, nu. 52. quod emphyteusim non pertinet ad extraneos; si pro heredibus, & successoribus concedatur, quod etiam asserit Trentacinq. & Roland. ubi proxime, Mantic. d. n. 20. Atque ita ex adjectione verbi, in perpetuum, comprehensionem extraneorum inducit. Verum ex mente DD. quos proxime laudavimus, præfata differentia excludenda est, quoniam perpetuitas potest referri ad posteros accipientis, non ad extraneos.

Ibi: Secus verò si detur res Ecclesie.

74 Hanc distinctionem D. Covar. impugnant non pauci asseverantes, quod licet res Ecclesie perpetuo concedatur pro heredibus, juris solemnitatibus ad unguem servatis, non comprehenduntur extranei, Trentacinq. nu. 11. vers. Contra hunc, ubi de magis communi testatur, Clar. d. q. 28. n. 6. in fin. & num. 7. vers. Quicquid tamen, Vivi. commun. lib. 1. opin. 248. Quæ sententia præterquam quod favet Ecclesie, urgenti ratione suadet; nam etsi juris solemnitates adhibeantur, hæc pertinent ad potestatem concedendi, & hic de voluntate quaeritur, undè non sequitur voluisse concedentem ad extraneos emphyteusim pervenire, quia actum debita solemnitate gereret. Quæ cum ita sint, supposito quod de natura emphyteusis Ecclesiastica sit, ut ad extraneos non transeat, D. Covar. infra. n. 6. Clar. n. 6. ubi plures, verba dantis in emphyteusim rem Ecclesie accipi debent secundum naturam actus, qui exercetur, si uno 17. ff. locat. l. si stipulatus 4. ff. de usur. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quest. 34. n. 18. Menoch. conf. 514. nu. 12. Cyriac. tom. 1. controversiar. 62. n. 18. Surd. decis. 122. n. 29.

75 Sed pro conciliatione harum opinionum, distinguendum existimo: Aut res non poterat concedi in emphyteusim pro descendentes accipientis absque solemnitatibus juris; & tunc earum adhibitio

Faria addit. ad Covar. Tom. 1.

nullam facit conjecturam, ut præsumatur voluntas concedendi erga hæredes extraneos, cum nec pro liberis, absque illis dari jure possit, quo casu hæc ultima sententia, quam probavimus, vera est. Aut licebat concedere pro posteris, absque solemnitatibus, non autem pro extraneis; & hoc casu si interveniant, concessio ad omnes extenditur, nam ut primos comprehenderet superflua erat solemnitas, ut supponitur; adhibita ergo fuit, ut ad secundos transiret, ad quos aliàs non foret transitura, & verba dubia interpretationem accipiunt à forma, & solemnitate, quæ actui adhibetur; Deci. in capit. dilecti, el. 2. notab. 2. de appellat. & conf. 237. num. 3. Alciat. de præsumptionib. reg. 2. præf. 26. & reg. 3. præsumpt. 33. Craver. conf. 204. num. 11. Menoch. conf. 313. numero 17.

Ibi: Quin etiam emphyteusis Ecclesiastica.

Emphyteusis Ecclesiastica data pro accipiente, & quibuscunque illius heredibus, ad extraneos transfertur, si juris solemnitates adhibeantur, siue non, Delbene dubit. 16. nu. 1. 2. Cald. dist. quest. 23. n. 29. & 52. Vivi. sup. vers. Sed ista sententia, Trentacinq. numero 12. Ursill. ad Afflic. dist. decis. 100. Clar. dist. quest. 28. num. 9. Molin. nu. 2. Gregor. Lop. in dist. glos. 5. colum. 1. vers. Sed mihi satis, Menoch. conf. 503. num. 32. Tondut. quest. civil. cap. 86. nu. 15. Mart. de clausul. part. 2. clausul. 45. numero 3. & clausul. 46. numero 2. Gratian. decis. 351. numero 14. Quo casu etiam successor singularis admittitur, Gregor. Lop. ubi proxime, Menoch. conf. 378. n. 16. Cald. cum multis q. 24. n. 2.

Sed opportunè quaeritur, quando res Ecclesie, non servatis solemnitatibus, ita in emphyteusim perpetuam dari possit, ut ad extraneos quoque successores perveniat, atque ita locus sit D. Covar. assertioni? Quod dupliciter contingere potest. Primo, si res Ecclesie, quæ fuerat solemniter concessa etiam pro heredibus extraneis revertatur ad illam; nam hæc antequam mensæ incorporaretur, poterit per Prælatum iterum absque solemnitate concedi eodem modo, quo antea fuit apud emphyteutam, juxta tradita sup. d. n. 52. Ita Molin. n. 8. Clar. n. 7. vers. Præterea posset, Tusch. d. conc. 156. numero 51. Secundo si ita consuetudine sit receptum, ut absque solemnitatibus bona Ecclesie pro extraneis heredibus concedantur, Clar. dist. n. 7. vers. Etsi dicas: Tusch. ubi proxime. Molin. num. 9.

Ibi: Idem si dictum sit pro omnibus heredibus.

Adde Cald. dist. quest. 23. num. 38. Roland. conf. 96. n. 30. cum sequenti, vol. 1.

Ibi: Quin &amp; idem dicendum erit.

Quando res Ecclesie emphyteuta conceditur pro se, heredibus, & quibus dedit, ad extraneos hæredes transire potest, cum scilicet de jure, vel consuetudine, his dari possit. Idem si dicatur: quibus voluerit, vel quos nominaverit, Clar. nu. 10. Molin. ubi proxime, Cald. q. 10. n. 14. 15. & d. q. 23. nu. 45. ubi late à nu. 36. Delbene d. dubit. 16. num. 1. Trentacinq. n. 13. Roland. conf. 41. n. 10. vol. 1. Menoch. conf. 378. n. 16. ubi ait, successores singulares admitti, Valasc. q. 38. n. 23.

Non solum ex verbis, sed etiam ex conjecturis emphyteusis Ecclesiastica ad extraneos hæredes transitoria censetur, veluti si Sacerdoti non habenti liberos, pro heredibus concedatur; quia cum in des-

Gg 3

cen.